

The priuilege of Peter the Prince of Moldauia graunted
to the English Marchants.

PEtrus Dei gratia princeps Valachiae et Moldauiae; significamus praesentibus, vniuersis et singulis quorum interest ac intererit, quod cum magnifico domino Guilielmo Hareborne oratore Serenissimae ac potentissimae dominae, dominae Elizabethae Dei gratia Angliae, Franciae, ac Hiberniae Reginae apud Serenissimum ac potentissimum Turcarum Imperatorem hanc constitutionem fecerimus: Nimirum vt dehinc suae Serenitatis subditis, omnibusque mercatoribus integrum sit hic in prouincia nostra commorandi, conuersandi, mercandi, vendendi, contrahendique, imo omnia exercendi, quae mercaturae ac vitae humanae societas vsusque requirit, sine vlla alicuius contradictione, aut inhibitione: saluo ac integro tamen iure Telonij nostri: hoc est, vt a singulis rebus centum ducatorum pretij, tres numerent. Quod ratum ac firmum constitutione nostra haberi volumus. In cuius rei firmitus testimonium, sigillum nostrum appressum est. Actum in castris nostris die 27. mensis Augusti, anno Domini 1588.

The same in English.

PEter by the grace of God prince of Valachia and Moldauia; we signifie by these presents to all and singuler persons, whom it doth or shall concerne, that we haue made this agreement with the worthy gentleman William Hareborne Ambassador of the right high and mighty prince, the Lady Elizabeth by the grace of God Queene of England, France and Ireland, with the most puissant and mightie Emperour of the Turkes: To witte, that from hencefoorth it shalbe lawfull for her highnesse subiects and all her Marchants, to remaine, conuerse, buy, sel, bargaine and exercise all such things, as the trade of marchandise, and humane societie and vse requireth, without any hinderance or let: the right of our Custome alwayes reserued; That is, that they pay three ducats vpon all such things as amount to the price of one hundred ducats. Which by this our ordinance we command to be surely and firmly obserued; For the more assured testimony whereof, our seale is hereunto annexed. Giuen in our Campe the 27. of the moneth of August in the yeere of our Lord 1588.